Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Filemonis quod est VIII. idus martii

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

dedit se statim lecto. Nec enim egritudo tam nimia con
sistere illum sinebat ingemitibus; tertia die ut ei sedi ser
uus predixerat exspirauit. Hic focas passione glo
riosus. & martirii corona laudabilis merito habetur
primo in ponto. qui per omne illius patrie tractum
iuste nominis meruit principatum. celeberrime ubique
glorię per pontum paflagoniam. & prouinciam habendus
armeniam. uir apostolicus & omni dõmente deuotus
nominandus semper in sclã sctorum. amen.

EXPL. PASSIO. SCI. FOCAE. EPI.

INCIPIT. PASSIO. SCI. FILEMONIS. QUOD EST VIII. IDUS. MARTII.

hor.

Postquam admirabilis asclas beato fine apud
antinoum martirium consummauit. iussit
preses arianus de eadem ciuitate conprehendi
xpianos quanticumque occurrissent. & multis perdi
uersa latebra & fugam petentibus; soli clerici ad mortem
pro fide dñi alterutrum & populum animantes stete
runt in suo. & capti a militibus triginta & septem nu
mero statuuntur pro tribunali presidis. Inter quos
erat & apollonius quidam diaconus ipsius ciuitatis. qui
cum uidisset innumera tormentorum genera pro
ferri in medium. & ad cruciandos pparare xpianos.
& timuit. Erat in eadem ciuitate coraula publicus
nomine filemon. gratus plebi & iudicibus acceptus;
Hunc euocat ad se apollonius diaconus. & offert ei qua
tuor aureos solidos ac rogat ut pro se ille sacrificaret;
Dicit ei filemon. Da mihi unum uestimentum tuo
opertus habitu possim sub alterius persona ingredi
& sacrificare. & dedit ei pallium suum. Quo accepto
filemon posuit ante pedes apollonii fistulas quas
operuit se & mutato habitu. ingressus est coram pre
side. Quem cum uidit preses ignarus qui esset & in
terrogauit. Qui es tu? & officium dixit. fortasse
xpianus es. nam habitus hoc demonstrat. & preses.
Si xpianus est inquid dicite ei ut sacrificet. Tunc file
mon inspiratus dei gratia. respondit. Ego xpi
anus sum non sacrifico. Ad quem arianus iterum
per interpretem. sacrifica ait. & liberare tormen
tis quibus uidisti & audisti. asclan. & leonidem
uitam soluisse. Filemon respondit. Non sacrifico sed
paratus sum sicut illi quos nominasti. & ego pro amore
xpi suscipere cruciatus ut morear cum ipsis & requiem
inuenire. Quis enim non irritatus est in facto asclae quo te
in medio flumine tenuit. Dicit ei arianus. Sacrifica
ut salueris. Respondit filemon. Non est saluari nisi p dño
mori. p dño non in sacrificando sed sacrificando consistit.
Audiens hec arianus. dictat ad officium. silenter uocate cito
filemonem. fortasse dulcissimis suis cantibus demulcet eum.
& aduocatus uoluptate melodiarum adquiescet sacri
ficare. ne male pereat. Ad preceptum igitur iudicis
querebatur ab officio filemon. nec inueniebatur.
Tunc uocat arianus fratrem eius theonam & interrogat
eum dicens. ubi est filemon frater tuus? Ille respondit.
Ipse est qui stat coram te. Statim nudauerunt faciem eius.
& agnito eo risit iudex. Aestimans loco illum personam
finxisse. & dixit ei. Equidem tibi nihil inputatum est
quia ad hoc & natus es & nutritus. ut risu hominis fatiges.
Attamen malui stante unam de tribus filiabus meis pro
libidine presumpsisses accipere. quam iudiciarum
seueritatem in conspectu xpianorum merore sol
ueres sed sacrifica coram eis. ut credant hoc pro
more tuo ioco non ueritate fecisse. Respondit
filemon. Quod ludis facito non sacrifico. Me enim xpi
gratia adprehendit. Dicit ei arianus. Per salutem
romanorum te adiuro. iudica mihi si corde te adseris
xpianum. an inludens hoc facis. & filemon respondit.
Quid me adiuras pro romanorum salutem quae transit?
Iuro ergo per statum & gloriam xpianorum me uerum
dixi xpianus sum. Tunc arianus commotus indig
natione grandi. interrogat circumstantem antinoitam
plebem. Quid de eo agi decernerent. utrum nunc
cita morte auferri. an longis suppliciis cruciari.
& populus exclamauit dicens. Ne pereat ciuitatis nostre
delitiae. Omnis enim ciuitas ad deuocationem istius
pendit. & ceperunt ciues plorare. Dicit arianus
filemoni. ferreum pectus habes. ut horum non
flectaris amore. sacrifica queso. & redde iocundi
tatem in festiuitate quae proximat ciuibus tuis.
Respondit filemon & dixit. Terrena hec festiuitas
quam imminere dicis. contraria est caelesti letitiae.

ob id me illo aduersari terrene sollemnitati ut in celesti sede regi meo xpo congaudeam. Tunc preses filemoni ait. Si pro misericordia celeriter morte deuitata uile to nomini deputabitur ad martirium. pro eo quod baptismum quo xpiani initiantur necdum perceperes.

Comperi enim eos qui & gentilitate conuertunt ad xpm baptisma xpianorum a clericis consecrari. Audiens hec scs filemon anxiare coepit & mestus de uerbo presidis ait. Ignem accendisti in corde meo opreses & quid faciam? Conuersusque ad circumstantes rogabat dicens. Precor uos o xpiani inuitate aliquem clericorum ut me baptizet. grandi enim me adfligit dolore sermo presidis arriani. Et timuerunt omnes uel loqui cum illo, propter crudelitatem quam suis martiribus uidebant inferre. Arrianus autem uidens nullum sco martiri respondisse. ait ad filemonem.

Certe uidisti neminem ausum fuisse nris se iudicus aduersarium ostentare. Sacrifica uel modo.

Scs igitur martir ubi uidit omnes metu iudicis siluisse insuper & ipsum presidem de hoc insultare conuersus ad celum oculis palmisque leuatis. & clamauit ad dnm uoce magna dicens. Dns xpe ihs dne ne manere patiaris in corde meo tristitiam sed dirige & guberna uiam meam, ut egrediens per medias circumstantes me turbas nullo uidente uadam ad aquas & accipiam baptisma xpianorum.

Haec cum suppliciter dnm deprecatus fuisset. & iit ad aquas nullo uidente. & inuenit ibi clericum a quo baptizatus in nomine trinitatis. reuersus est ad iudicii locum. Tunc filemon dixit presidi. Tu arriane & tu timida turba. ecce absque uestro beneficio uenit dns meus qui nullum timet & baptizare me fecit gratia sua. De cetero opreses scito me nihil de perfectione xpiane religionis minus habere. Age itaque quod uis. Tuos enim qui morum facis. Respondens arrianus dixit filemoni. multiplici super te dolore concitor. & quod in tanta capitis abono decideris. & quod in stans ciuitatis sollemnitas multarum etiam urbium ardens collectio tristem linthea tris obitu absentiam agitabit frequentium;

in qua & filii ac proximi tui non id solum doloris augebit quod te in eadem tribu dantem solito non uidebunt. Uerum & quod fistulas tuas in portorum fortasse spectabunt manibus adtrectari. Audiens hec uir fortissimus xpi miles filemon fleuit & orauit ad dnm dicens. Dns meus xpe ihu ne permittas infidelitatis cogitatum ingredi cor meum. sed sicut me exaudisti per nubem tribuens baptisma quod rogaui. sic & audire dignare. ut descendens ignis de celo consumat fistulas meas & auferat de terra confusionis mee memoriam. Haec eo deprecante descendit subito turbo quidam per nubem igneum. & obsorbuit fistulas de manibus apollonii duconi. quas ea a filemone commendatas tenebat. quod facto cum per miraculo clamante turba. etiam theonas frater filemonis comperisset. cucurrit ad presidem & insinuauit ei conuersionem filemonis factione apollonii duconi. datumque eum ad xpi religionem. & indumenti sui habitu dedicasset.

Tunc arrianus & hibere apollonium & iudicio sisti iubet. Quem cum officialis iuxta preceptum tribunalibus statuisset. interrogat preses & dicens. Maledicte pre cunctis hominibus indica mihi qua de causa sponsum & decus ciuitatis nre maleficaueris. & funebribus atque carminibus sacrato uestitum pallium a religione diuina seduxeris. sicut audio poenarum formidine trepidus. uicarium sacrificiis disponebas ingerere. cur non alium qui posset latere & non istum ciuitatis manifestam letitiam; Certe si pro temporis angustia ad presens inuenire alter non potuit. secreta suggestione rogasses me & dimisissem te. dummodo ne cum luctu & dolore ciuitatisque ipse tanti sacrilegii inuentor facinoris multiplicis noxae poena subcumberes. Uerumtamen quia per clementiam sacratissimeque principum est in emendatione culparum remedium.

Accede & sacrifica. ut hic te aspiciens sacrificare de cetero non recuset. & uero fateor tam crimini tuo parabis ueniam quam huic salutem a te exhibitam parte ciuibus gratiam. ipse quoque recuperabis amorem. Si uero tam salubre respuendum putaueris esse consilium. male uos periuros iuro perdeor. Respondens ad haec apollonius dixit arriano.

Uconfiteor me in hoc facto peccasse. uere peccaui quia iam nos per fidem xpi dato acceptum inualidus aestimaui. nec possibiles ad ferenda tormenta. sed credo & spero de

misericordia dni mei ihu conpensandum esse peccatum
immo & tinguendum p̄hanus salutem quae fomenti
mei occasione & ipse xpm confessus est. & me reddit
testimonio ad quod di gratia uocatus diabulo insti
gante recesseram. scito ergo nec me sacrificaturum
nec hunc permissurum. de cetero demonibus immo
lare. Tunc arianus iratus est ualde & accersitus tri
bus militibus. precepit eis ut filemonem alapis in
facie cederent. Qui iussa implere studentes dabant
ei alapas. dicentes sacrifica. Sed populus cum hoc
fieri uideret. clamare cepit & dicere. Noli cedere
carum nrm. & arianus ad filemonem. Parce in
quietum o filemon & sacrifica. Considera & uide qua
liter populum te cedi (quietum) in faciem dedit (lesit) qui si uiderit te
maioribus subiacere tormentis amplius atq; tris
tabitur. & eris tu causa meroris omnium. sed & hoc
tibi aperire uolo. quod de te cor meum sentit.
Hucusq; fortasse putabam non te amari a populo.
& idcirco contrarii mei formam adsumpseris
qua dilectione erga te eius probabis. sed ecce fa
uentibus documento collegisti caritatem de qua
ambiguus eras. Nunc igitur satis facito amatori
bus tuis & sacrifica. ut in hac grandis gaudii que
sup uenit die letus auoces plebem quemodo tris
tatur pro alapis quibus iniuriam passus es.
& ita demum exultantes de tua reuersione ibimus
cum toto officio ad balneum & lauantes corpora
ascendimus ad sancta serapis & agemus cum
requie dulce conuiuium. Respondens fil dixit.
Uos amatores nolite tristari propter alapas quas
accepi. quia nec gaudebitis de meo gaudio quo
cupitis. Ego enim proposui in corde meo ab
hac hora in sancta serapis non prandere. sed & pec
tare cenam in celis. meminisse uos non dubito tem
poris illius quo mimus eram antequam ad cho
raulicam artem transirem quomodo in theatro
ad decus meum accipiebam alapas a conlusorib;
& uos ridebatis cum angeli tristarentur. Iustum e
igitur ut modo angelis de mea salute gaudentib;
urām non magni pendam tristitiam. Tunc ari
anus audita hec eius pro xpi fide defensionem.

iussit tam ipsius quam apolloni (diaconi) foran calcanea & induc
tis funib; trahi per ciuitatem. atq; post hec repre sentari
iudicis tribunali. quod cum iam (furiis) iussibus impletum red
duntur iuxta preceptum conspectibus ariani.
Quibus resp sententiis iud & ait. Quid est filemon ubi
est ds tuus. quare te de tam graui necessitate non eri
puit. cur non ipsis principiis suppliciorum cultorib;
suis non subcurrit. Audite & sacrificate ne inter du
ra tormenta deficiatis. cum nullus sit qui uos liberet
de manib; meis. & filemon dixit. Sius ut te audi
audi me tu prius quod dictum est. Cum audisset
arianus & ciues. gauisi sunt ualde & dixerunt.
Quicquid illud est quod speras edissere tantum
& non negabitur. & ait. Uolo exhibere iubeas uas
aeneum & pone intus infantulum atq; operiri.
Imperante igitur iudice exhibuerunt ministri do
leum aeneum. & posito intus infantulo opertulo
texerunt os dolei. rogat iterum uenire sagittari
os & sagittari doleum. donec deficerent eorum
omnes sagitte. Deinde admon& filemon ut e
ducatur infantulus & respiciatur. Eductusq; ē in
fans & inuentus ē immunis ab omni sagittarū mo
lestia. & ait ad iudicem. Sufficiat tibi dolei
istius argumento didicisse uires anime xpiane.
Sicut enim uas istud aeneum ictibus sagittarum
transfossum quidem est. sed nequaquam quod in
tra se habuit ledi do custodiente potuit. Ita & cor
pus xpiani pro fide dni suppliciorum iaculis sti
mulatum innocentiam anime dno protegente uul
nerari non patitur. sed erit nobis dns ihs aduer
sum & cogitationes tuas murus adamantinus.
& turris inexpugnabilis a facie inimici. Propter
ea non sacrifico nec suppliciorum terrore mollitus
a fide di mei discedo. Quib; auditis preses ira
tus. iterum ligatum iussit suspendi. & sagittis qui
bus doleum fuerat iaculatum corpus filemonis
ab imis pedib; usq; ad summum uerticem sagittari.
Uideamus inquiens si eum poterit ihs cui credit de
meis manib; liberare. & suspensus cum eum sagit
tare coeperunt orabat dicens. Ueni dne meus ihu
armatus ueritate in auxilium mihi. Tu enim es ad

iutor inualidorum. uenit quies & ostende impio
ariano quod omnes qui in te sperant ipse protegis; & cum
totis uiribus contra illius corpus telatores issent. nullum
in eo iaculum infigi potuit. nullum nisi in terra sed om
ne quod missum est pendebat in aere; Dicunt ergo
milites ad presidem. Defecerunt sagitte. Dicit eis
ille. & adhuc uiuit. qui responderunt. Adhuc uiuit. ad
huc uiuit & magna loquitur. Cumq; audisset preses.
quod adhuc uiuer& stupuit & uolens per semetipsum
cognoscere accessit prope. & cum leuass& sursum
oculos ut uider&. cecidit sagitta. & excecauit eius ocu
lum. Cuius repentino & agitatus dolore blasphema
uit xpianos. & iussit deponi filemonem. & dicit ei.
Ubi inuenisti hanc magicam artem. cum non multum
temporis cohabitaueris xpianis. uerum tamen quia
tui causa perdidi oculum. redde mihi sanitatem illi
us arte qua nosti. & dimittam te. scio enim quia suis
potes me mundare. Tunc filemon dixit ei. si uolue
ro rogare dominum meum & restituerit tibi uisum.
dicturus es magis me sanitatem tuam carminibus
impetrasse; sed ne me aestimes uel ne malum pro
malo uelle reddere. uel dominum meum non posse cu
rare. Cum mortuus fuero uade ad sepulcrum in
quo corpus meum iac&. tolle modicum terre de tu
mulo infunde aquam. & facto luto superungue oculum
& sanaberis. Ac statim uisum recipies. Audito hoc
uerbo arianus confestim iussit & ipsum sanctum filemo
nem & sanctum apollonium diaconum decollari. & cum
beato martyre ecclesia sepeliri. Altera die sepultis
iam sanctis martyribus surgens abiit ad locum tumuli.
& sublato inde modico puluere sicut ei predixerat
beatus filemon liniuit oculos suos dicens. In no
mine ihu xpi pro quo isti martyrium impleuerunt.
ungeo oculos meos. ut uideam & credam quod non sit ali
us deus preter ihm; Haec cum fideliter dixiss&.
statim inluminatus est oculus eius & uidit. Recepta
itaq; sanitate quam & optabat. surrexit eadem
hora & ibat letus & clamans. Ego xpianus sum.
dicebat. seruiam de cetero xpo. Cumq; puenis
& ad domum suam ingressus protulit linteamina
& aromata pretiosa. & in initatis duob; episcopis iussit

suo sumptu curari corpora martyrum. & resepeliri in eo
dem quo antea fuerant loco sepulta. & dimisit omnes
xpianos quos in carcere tenebat reclusos. Non latuit
diocletiano conuersio ariani. sed statim ut audiuit direxit
misit quattuor protectores qui eum corriperent. qui
cum uenissent in egyptum tenuerunt eum. Ille autem
dedit eis sportulam auri libras quattuor. rogans & dicens.
sustinete me donec uadam ad fratres meos & dominos. Illi autem
accepto commodo. permiserunt ei ire usq; ad locum tumuli
ascla & filemonis. & apollonii & salutatis corporibus
dixit. benedico uos consortes luminis sempiterni.
orate pro me ad ihm ut & consortem me & consum & ipse
martyrium meum in nomine suo. Haec rogante eo. uox
quasi de sepulcro filemonis egressa. respondit ei dicens.
Confortare ariane ne timeas. ihesum in quo credis ipse
iam precedat te. ut confortet te & operetur uirtute sua.
in conspectu regis perfecte & perfecto martyrio apud pa
trem suum coronet te. Uade ergo cum hominib; istis qui
uenerunt ad te & ora pro eis. ut consortes particepes efficiantur
in cognitione ueritatis. Haec autem cum de sepulcro
martyris dicta protectores audissent. mirati sunt.
Arianus autem exultabat gaudens & certus de fide sua
& abiit cum protectoribus & octo seruis familiaribus.
Quibus cum alexandriam uenisset. precepit seruis suis
ut ibidem expectarent dicens. Octaua die mensis mar
tii imperator diocletianus precipitari me iubebit in
mari cum sacco pleno harena. solliciti ergo estote ut
post tres dies. id est undecima supradicti mensis
egredimini supra mare circa horam diei sextam & in
uenietis meum corpus in sacco supra dorsum delfini.
Quod tollentes cum ipso sacco. sepelite iuxta sepulcrum
martyris filemonis. Haec cum seruis suis exposuiss&.
abiit cum quattuor protectoribus ad diocletianum im
peratorem. quem ut uidit imperator. statim iratus
est dicens. Chere ariane super quo confidebam apud
egyptum. & arianus. Chere aut domine imperator
qui mihi factus es dux itineris quo iturus sum.
& iussit imperator secum lauare. & sacerdotibus
apollinis imperauit proferre. & ponere ante ia
nuam balnei & ipsum apollinis simulacrum statuere
propter arium ut egredientib; eis de balneo adorar&

cum arianus cum oblatione sacrifitii fecerunt sacerdo
tes ut iusserat. Et egrediente de palneo preside cum p
uenissent ad aram. dixit imperator. Sacrifica mag
no deo apolloni. antequam ingrediamur ad cenam. Cui
preses respondit. Non possum contempnere mirabilia
que uidi magnifice geri per martyres xpi. propterea non
sacrifico idolo isto manu facto. nec derelinquo ihm saluato
rem meum. Tunc diocletianus iussit militibus suis eadem
hora qua erat sero accendere luminaria. ut egressi ciui
tatem irent ad campum. & facerent fossam profundam.
qui fecerunt usque ad lucem ut iusserat. Mane uero ingres
sus imperator ad campum. uidit & iussit exhibere aria
num presidem. thebaidos & oneratum catenis aereis.
Conpeditum atque etiam ferro a manibus conligatis cum in
genti circa collum lapide depressum deponi in fouea.
ac totam supra eum que gesta fuerat terram remitti. &
desuper milites ludere. blasphemo quoque ore dicere. Uide
amus si uenit ihs & liberet eum. Patratis igitur his
que imperiali potestate obtinebat & uoto. ascendens
equum abiit in domum suam. & ingressus cubiculum
qui & corpus dare post iram uidet conpedes & manuum
uincula pendere supra reclinatorium. & arianum pre
sidem iacere in lecto. Turbatus itaque imperator puta
uit aliquem palatinorum in lecto suo iacere. Dicit
ei arianus. Noli turbari. nullus enim se erexit supra
te sed ego sum arianus quem suffodisti grauatum ferro
& aere atque harene obrutum mole de quo dixisti. Uideamu
s si uenit ihs & liberet eum. Uenit is quem p ualere non cre
debas ihs qui liberat omnes credentes in se. eduxit me de la
cu quo me obrutum reliqueras. & solutum uinculis
reposuit a laboribus supra lectum tuum. Haec autem
audiens imperator miratus est. & accensus ira maiori
dixit. Numquam uidi tantam magiam. Ac statim iussit exhiberi
offitium saccum cum harena & conscripsit in eo sem
martyrem. ut mergeretur in mari. Sed intuentes hoc
quattuor protectores quos eum elegi pro adduxerunt.
dixerunt imperatori. Quid peccauit hic homo dicis
quod eum precipitari iubes in mari. & imp dixit.
p nulla alia causa quia magus est. Responderunt
protectores. Hic non est magus. sed dei seruus. Uidi
mus enim isto faciente quod omnis qui p xpo moritur

uiuat. & resurrectionis future & mortuus. Et quod
non sit impossibile deo xpianorum. atque etiam obrutos ter
ra uiuos seruare & ad lucem inlesos educere. Denique
ibi magnifice pro martyrem xpi olim sepultum. hoc inter
rogante responsa dare. & sana ac salutaria uerba
loquentem audiuimus. Sed & hic quod te ab impio & te
debuisse & retexere. oculis nostris tecum uidemus quomodo
hic ipse ingenti aureo amplius cubitis sub terra ferro
& aere constrictus est. & xps dni cui credidit uirtute
eductus inuisibiliter inde est & in lecto tuo collocatus.
Haec plane ille & deo uero fieri non credidit. qui profunda
oppressus malitia. Indignus est ipsum dnm agnoscere.
Quis rogo non miretur dei uirtutem ut hominem manib;
& pedibus ferro uinctum faceret. inter tot palatinos
custodias nullo uidente palatium introire & in strato
regio accubare. Nos autem quibus di gratia corda inlu
minauit ut intellegeremus mirabilia. que p martyres
res suos agit. trahimus ad mortem pro ipsius amore
corpora nostra. ut resuscitemur ab eo in uita aeterna.
Tunc iratus diocletianus dixit eis. Multo tempore uos
ante in carcere habitos eo documento probastis
quod numquam petitioni uestre contrarius fuerim. & modo
dolis & oderatis me non aduersabor desiderio uestro.
mortem desideratis. accipite quod optatis. Dicit
ei theoticus qui erat inter ipsos quattuor aetate seni
or. Conprimat hec dictis malitiam domine im
perator. quia uoluntati nostre satis facere non recusas
tis. sed adhuc unum beneficium a te spero. Dicit ei
imp. quod est illud? & pone libere & impetrabis.
Respondit ille. Uolo ut mediam facultatum mearum partem
ipse presumas. & mediam erogari iubeas pauperib;
& pupillis. Dicunt theotico ceteri protectores. Pater
theotice. solliciti sumus nos de morte ista quam pro dno
cupimus obtinere. Caeterum dns agit pauperum
curam sicut ipse probat. Stupente igitur ad haec diocle
tiano. dixit beatus arianus preses. Quid nos tenes
dimitte nos. expectat enim nos aque marine sus
cipere gloriosum obitum nostrum. Cuius sermoni
adquiescens imperator. iussit exhiberi & alios
quattuor saccos mediatos harena. & misit in
eos atque etiam quattuor protectores & proiecit in mari.

statimque Christiani patre Delfine susceperunt corpora
eorum, et asportauerunt ad ualle Andriani, ad lo
cum quem sanctus praedixerat Arianus, obseruandum a famulis
suis. Serui ergo illi quod dominus iussit tantum suum corpus operi
ebant. Cum uidissent quinque corpora, ambigebant
de illis, dicentes inter se: Dominus noster Arianus se
solum dixit in hac loca deferendum in sacco. Hic
quinque saccos uidimus; sine dubio non est ipse. Illis
itaque hesitantibus, uox humana quasi de ore unius
delfine audita est dicens: Nolite dubitare, hic est
dominus uester Arianus. Uenite et tollite eum,
et hos quattuor protectores qui eadem qua dominus
uester gloria martyrii coronati sunt, et sepelite
eos quinque iuxta sepulcrum sanctae Asclae, ubi dominus
uester uobis praecepit. Tunc pueri certificati suscepe
runt corpora cum saccis et posuerunt in naui flu
uiali. In qua nauigatione factum mirabile ostendi
decreuit. Nam eleuato linianuario uelo cum na
uigare coepissent, obdormierant omnes qui erant
in naui, nec ullus eorum prorsus per tres dies
et totidem noctes uidit, et per tres dies nullus gubernaculum
tenuit. Sed cum quarta die proximassent
et nauis ciuitati, continuo facta est uox ad eos dicens:
Surgite, hic est enim locus sepulturae istorum.
Tunc et prae gaudio factionis uiderunt adpulsam na
uem in loco quo uolebant. Et abeuntes nuntiaue
runt ciuibus. Illi audientes ut gestum erat, er
ga beatos martyres egressi sunt cum cereis et
lampadibus, ac diuersi generis luminaribus,
et honorabiles cum summa laetitia agentes
exequias sepelierunt ad collegas suos quarta
decimo die mensis martii. Coronae autem eorum
dies fuit octaua eiusdem mensis, in Christo Iesu
domino nostro, cui gloria in unitate spiritus sancti
in saecula saeculorum. Amen.

FINIT · PASSIO · BEATI · FILE MONIS · CHORAULAE ·

INCIPIT · PASSIO · SCI · PIONII

QUOD EST · IIII · ID · MAR ·

Referre oportet ac debere memoriam sanctorum
merita apostolus praecepit. Eo quod sciat rerum
gestarum memoria egregiis uiris flammam
in pectore crescere. Hi sane omnia qui in Christi castra
leta uiros uel maxime student, uel praecipua aemula
tione contendunt. Unde Pionii martyris debet
passio non sileri, qui et cum esset in luce, multis
fratribus ignorantiae discussit errorem, et postea
martyr effectus quibus uiuus doctrinam infuderat
passus ostendit exemplum. Secundo itaque die
sexti mensis, quod est quarta idus martias, die sab
bati maiore, natale Policarpi martyris, geminum
Pionium, Sabinam, Asclepiadem, Macedoniam
quoque et Lemnum presbiterum catholicae aecle
siae persecutionis inuenit. Sed quia bonum fi
dei totum Christus ostendit, Pioniusque imminebant
supplicia, quae non timebat aduenientia futura
preuidit. Ergo ante diem quam natalis Policarpi
martyris adueniret, cum Sabina et Asclepiade du
iciuniis deuotus insisteret, uidit in somnis sequenti
die se esse capiendum. Quod tam aperte et indubitanter
agnosceret, eo quod tam lucide omnia uisus appareret,
funis uincula sua et Sabinae et Asclepiadis colla
circumdedit, ut cum abducerentur in uincula
uincti inuenirentur, scirent qui uenerant nihil se
noui esse facturos, intellegerentque non eos sicut ce
teros qui degustabant sacrificia esse ducendos, cum
essent uincula priusquam iuberentur imposita,
et fidati testimonium et uoluntatis indicium.
Facta igitur oratione sollemni cum die sabbato sanctum
panem et aquam degustauissent, Palemo siue
editui aduenit stipatus turba eorum quos
ad inuestigandos christianos Palemon iudicia ma
iora secuntur. Qui ubi Pionium uidit, talia prosa
no ore uerba profudit: Satis manifestum principis
esse praeceptum, quod sacrificia celebrare uos
iubet. Pionius dixit: Scimus quidem praecep
ta, sed illa sola quae deum nos uenerare iubent. Edi
tuus ait: Uenite ad forum, ut probetis uera esse
quae dixi. Sabina uero et Asclepiadis clara uoce

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg